



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Immunitas ecclesiastica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

110 Imagines sacrae. Immunitas Ecclesiastica.

- 6 Neque de industria in imaginibus sanctorum effigies hominum viuentium, vel mortuorum. *ibid.*
- 7 Neque admittantur effigies iumentorum, quae ad sacram non attinent historiam. *Prou. 4.*
- 8 Corona Christi Domini à coronis sanctorum distinguatur, addita figura Crucis. *Prou. 1.*
- 9 Neque detur corona, nisi canonizatis. *ibid.*
- 10 Imago Crucis ne humi ponatur, sub pena grauissima. citat. *Can. Sylu. V. Imagines. § 4.*
- 11 Neque sacra imago exprimitur humi, neque sub fenestra, unde à pluvia deformari queat, neque ubi clavi figendi, neque in loco sordido. *Prou. 4.*
- 12 Crucis imago lapidea, vel lignea erigantur, ubi triuia sunt frequentiora. *Provinc. 3.*
- 13 Cruces, & sanctorum imagines pro Ecclesiaturā vīti statis precibus benedicantur. *Prou. 4.*
- 14 Oratoria in vijs cum imaginibus regantur à superiori parte, ne corruant. *ibidem.*
- 15 Et ea certis congruis locis ædificentur *ibidem.*
- 16 Aulæ intexta turpibus imaginibus ne adhibeantur in Ecclesia, neque imagines ethnicorum. *Prou. 2.*
- 17 In cubiculis omnibus curetur imago sacra. *Prou. 4.*
- 18 Imagines turpes, & obscenæ etiam à laicorum domibus abijciantur. *Provinc. 3.*
- 19 Quæ picta sunt indecorè, vel delean-
tur, vel corrigan-
tur. *Prou. 1.*
- 20 Quæ penè delata sunt, renouentur aut delean-
tur, & comburantur, cineribus in pavimenti fossis collocatis. *Prou. 4.*
- 21 Puniantur pictores, & ii, quorum ins-
tu in hoc genere peccatur, etiam pœ-
nas interdicti. *ibid.*
- 22 Rectores Ecclesiarum, qui permis-
serint, etiam pena excommunicationis afficiantur. *ibid.*
- 23 Ne imagines cereæ, quæ voti causa offeruntur, venditari vlo modo pos-
sint. *ibid.*
Processio. m. 50. 51. 52.

Immunitas Ecclesiastica.

- 1 **E**cclesia, etiam non consecrata, an-
toritate Episcopi fundata gaudet
immunitate. *Sylu. V. Immunitas. qu. 1.*
- 2 Etiam interdicta, & item cæmeterium *ibid.*
- 3 Item Hospitale, & priuata Oratoria (non tamen intra domos laicorum) au-
toritate Episcopi fundata. *ibid. d.*
- 4 Item Palatum Episcopi, etiam si non sit Ecclesiæ coniunctum. *idem ibid. 3. quæst. 1.*
- 5 Item spatiū 40. passuum quoad Ma-
tricem Ecclesiā, 30. quoad minores Ecclesiā. *ibid.*
- 6 Item monasteriā Regularium. *ibid.*
- 7 Item Corpus Christi, si in via geste-
tur, & ad illud quis configiat. *ibid.* non
autem si quis illud recipit in carcere. *ibid.*
- 8 Capellæ priuatae Palatiorum non gau-
dent immunitate. *Congregat. Episc. 17.*
Nou. 1617.
- 9 Gaudent immunitate configentes ad Ecclesiā Iudæi, Pagani, excommuni-
cati. *Sylu. loco citato 3. quæst. 3.*
- 10 Non gaudent clericis, & religiosis. *idem ibid.* sed gaudere declaravit *Congreg.*
Episc. 24. Ianuarij 1617.
- 11 Conceditur immunitas gestantibus arma prohibita in Ecclesijs. *eadem 30.*
Sept. 1616.
- 12 Et inferentibus strigia in Ecclesijs. *ea-
dem 16. Nou. 1618.*
- 13 Existens extra cæmeterium, vel ecclesiā, & trahens violenter eum, qui est
intrā, per partem vestis exterius exi-
stentem, violat immunitatem. *Sylu. loco
citato quæst. 6. Primum.*
- 14 Contra violatores innouantur Cano-
nes, & Concilia Generalia, & Apostoli-
ca sanctio-
nes. *Trident. sess. 15. capit. 20.*
- 15 Debent enim excommunicari, pecu-
nia mulctari, publica pœnitentia affi-
gi, nec restituī communioni, nisi resti-
tuant extractum. *Sylu. quæst. 8.*
- 16 De delictis in Ecclesia commissis mo-
neatur statim Episcopus, etiam si com-
mittantur in Ecclesia Regularium. *Pro-
vinc. 6.*

17 Exu-

- 17 Exule recurrente ad Ecclesiam, aut alio criminoso, consulatur Episcopus, vel statim monetur, si veniant illi de repente. *Prou. I.*
- 18 Magistratus secularis non potest dare hospitium militibus in domibus Ecclesiarum, etiam locatis laicis, & indirekte tendit in præiudicium Ecclesie. *Congregat. Episcop. 9. Iunij 1617.*
- 19 In crimen heresis, & in delictis Ecclesiasticorum ne se intromittat Curia secularis sub pena alias inficit. *Greg. XIV. Anno 1591.*
- 20 Publici latrones viarumque grassatores, depopulatores agrorum, qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, seu cæmeterii commitunt, non gaudent immunitate Ecclesie. *idem ibid.*
- 21 Neque proditores homicidae, aut assassinii, vel heresis, seu lese Maiestatis in personam Principis rei. *ibid.*
- 22 Traduntur hi Curiae seculari, si requisiuti sint Ordinarii. *ibid.*
- 23 Nec extrahantur à locis sacris sine expressa licentia Episcopi; & si locus est exemptus, viciniotis Episcopi. *ibid.*
- 24 Si recusent Episcopi tradere prædictos, tunc minori tumultu, qui fieri potest, extrahantur. *ibid.*
- 25 Et ad carceres ecclesiasticos ducantur, donec ab Episcopo cognoscatur. an ipsi rei prædicta delicta committantur. *V. Casus reservatis. n. 3. Clericus. n. 78-79-81-89. Fori Privilegium. n. 27-28.*

A D D I T I O.

- 1 Spatium 30. seu 40. passuum circa Ecclesiam de confusitudine non seruari doceat *Farin in prax. crim. quest. 28. & de immuni. Eccl. n. 294.*
- 2 Fallit immunitas hæc in Ecclesiis, que sunt intra ambitum castellarum ob angustiam loci. *Barb. de iure Eccl. l. 2. c. 3. n. 42.*
- 3 Domus clericorum existentium intra dictos passus Ecclesiarum, cui seruunt, gaudent immunitate. *DD. cum Barb. b. n. 39.*
- 4 Imò & laicorum inferuentium vicina Ecclesia. *ibid.*
- 5 Passus quilibet habet quinque pedes, & per 15. digitos. *ibid. n. 40-41.*
- 6 Ecclesiæ capanna intra 30. passus, quæ tantum inferuit pro servitio Ecclesie, gaudent immunitate. *Congreg. Immuni. mense Dec. 1632.*
- 7 Gaudet confugiens, & se immiscens inter eos, qui associant venerabilem Eucharistiam, licet non tangat Sacerdotem, neque hastam baldachini. *DD. cum Barb. loccit. n. 69.*
- 8 Gaudent turum committens in Ecclesia de re Ecclesiæ, etiam Pixide. *ibid. numero 123.*
- 9 Non gaudet mater occidens filium infantem. *Cong. conc. 3. Dec. 1632.*
- 10 Neque qui alium occidit veneno. *ead. ibidem.*
- 11 Contrauenientes constit. *Greg. XIV.* ex multorum DD. sententia possunt absolui ab Episcopo. *Dian. p. 1. tratt. 1. resol. 41.*

Indulgentiae.

- 1 Potest Episcopus nondum consecratus, etiam si non sit Sacerdos, clargiri Indulgentias. *DD. apud Barbos. alleg. 88. n. 87.*
- 2 Et demandare facultatem eos concedendi clericos, nedum Vicario. *ibid. numero 10.*
- 3 Subditus tantum suis, externis in sua iniuridictione morantibus. *ibid. numero 23.*
- 4 Archiepiscopus etiam per totam provinciam. *Sylu. V. Indulgentie qu. 5. Quartum.*
- 5 Potest Episcopus concedere exemptis etiam, & religiosis. *Barbos. loc. cit. numero 27.*
- 6 Et sibi ipsi. *num. 28.*
- 7 Potest etiam concedere subditis suis, ut ab alieno Episcopo accipiant Indulgentias. *num. 25.*
- 8 Mortuis dare non potest. *num. 24.*
- 9 Episcopo inferior dare non potest. *numero 17.*
- 10 Potest Episcopus dare Indulgentiam 40. dierum, non ultra. *num. 14.*
- 11 In Dedicationes Ecclesiæ dare potest Indul-